

TRANSMUTATIONIS 99

*Sequitur operatio maior, & secunda pars huius
libri, quæ est de practica. Et primo de
prima parte quæ est de compositi-
tione lapidis phos-
phorum.*

TV in virtute A. princeps serenissime, Accipe
aurum, & projice ipsum in aquam vegetabilis-
lem, de qua locuti sumus in nostro codicillo,
in capitulo quod incipit. Spiritus recipientis et for-
malis alias generalis est, vt capias de succo luna-
riæ. Et in capitulo quod incipit: Et tibi volumus
reuelare de natura menstrui, in quo est ignis con-
tra naturam, & in eodem capitulo quod incipit. Fi-
li cum illud menstruum sine quo non potest &c.
Per totum, vbi satis declarauimus naturam istius,
& operationem. Et sit aurum ad pondus aquæ
vegetabilis, & pone illud totum in digestionem
H. per sex dies naturales, & aurum dissoluitur in
aquam, in colore croci. Postea vero distilla men-
struum in distillatione H. in balneo. Postea super-
pone aliam lunariam recentem, & pone iterum in
digestionem H. per alios sex dies naturales. Et
tunc extrahe, & mitte illud quod solutum est in a-
liam ampullam, & super illud quod remansit fini-
tis solutionibus & distillationibus, iterum de men-

bb iij